



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Attentata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

unanimes consensu unica voce, omnibus fratribus acclamantibus, Eligimus talem: tamen quia non fuit electus per vota secreta, fuit declarata irrita electio, & loco illius fuit alter electus. Ratio est, quia forma est essentialis, data à sacro Concilio, quam non licet alterare, prout dictum est §. 1. *superius*.

Ad septimum. vide *Afflic. decis. 168. n. 2.* ubi in facto respondetur negativè.

APOSTOLI.

Primò, Apostoli in iudicio unde dicantur, quot sint genera ipsorum, vide gloss. *in c. 1. in ver. petat apostolos, in addit. de appellat. & Pengam. in com. 31. super. 3. par. Direct. inquisit. & Hostien. in sum. tit. de appellat. §. qualiter, ver. dicuntur autem Apostoli.*

Secundò, terminum ad petendum Apostolos, vide *in c. ab eo, de appellat. lib. 6.* qui est triginta dierum, licet hic terminus possit restringi à iudice à quo. *Clem. 2. & ibi gloss. de appellat. Maran. 6. p. de appell. n. 223. & Clem. quamvis, & ibi gloss. in ver. centum, eo titul.*

Tertiò, terminus ad recipiendum currit à die sententiæ, si pars habuit de hoc notitiam, secus, à die appellationis, *decis. Rota 5. in novis. de appellat. & gl. in c. ab eo, in ver. triginta dies, loc. cit. n. 222.*

Quartò, quomodo debeant peti, vide dictam *Clem. 2. & d. c. ab eo, & ibi gl. in ver. instanter.*

Quintò, an debeant dari clausi, & sigillati, vide gloss. *in d. Clem. 2. in ver. oblatos, in fin. ubi videtur dicere quòd non clausi, argum. c. inimasti, extra, de appellat.*

Sextò, apostoli tradendi sunt appellanti non autem appellato, quia appellatus potest prosequi appellationem in casibus sibi permisis, licet non petierit apostolos. Gemin. *in cap. ut super notab. 1. per illum tex. de appellatione libro 6.*

ATTENTATA.

Primò, an lite pendente attentata sint revocanda; vide *Afflic. decis. 131. numero 1.* & non impediunt quò minus procedatur in causa principali, adde *Cap. decis. 72.*

Secundò, an prius diluenda, quam eatur ad negotium principale, idem *dec. 98. num. 3.*

Tertiò, attentata sunt revocanda in qualibet parte litis, idem *Afflic. decis. 352. num. 4.*

ALTARE.

Primò, altare est duplex, stabile, & portatile; potest esse lapideum, & ligneum, sed primum potest solum christi unctioe consecrari, non secundum, & passim videmus uti altaribus ligneis. *cap. altaria. lib. 1. de consec. d. 1.*

Secundo, quantæ debeant esse magnitudinis, videto pro praxi instructiones positas in actibus ecclesiæ Mediolanensis, ubi pulchra habetis *in tit. de altaribus.*

Tertiò, in altari nuper ædificato, & non consecrato potest celebrari, modò adsit altare portatile, & sit in Ecclesia, in qua de licentia Episcopi consuevit celebra-